

NOS, FR. EMMANUEL RENAULT, VICARIUS GENERALIS

FRATRUM DISCALCEATORUM ORDINIS B. MARIAE VIRGINIS DE MONTE CARMELO

QUUM per Bullas fel. rec. Nicolai V *Cum nulla fidelium*, die 7 octobris 1452 et Sixti IV *Dum attentata*, die 28 novembris 1476, indulta sit Superiori Generali Ordinis Carmelitarum, vel eius Vicario, facultas, perpetuo valitura, erigendi ubique terrarum Ordinem saecularem Bmae Mariae V. de Monte Carmelo, et per Bullas Clementis VIII *Cum dudum*, die 23 martii 1594 et *Romanum Pontificem*, die 20 augusti 1603, extensa fuerit eadem facultas ad Praepositum Generalem Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, Nos acceptis precibus ut erigamus Fraternitatem nostri Ordinis saecularis in paroecia in Wynwood, Pennsylvania, U.S.A., sub titulo Sancti Marci in dioecesi Philadelphensi et habito consensu Illmi ac Revmi Ordinarii loci, plis huiusmodi petitionibus libenter annuentes praesentium tenore vi praefatae facultatis, ad normam can. 312 *Codicis Iuris Canonici*, potestatem facimus Rev. Michael Griffin, O.C.D. ut in praedicta paroecia Ordinem saecularem Bmae Mariae Virginis de M. Carmelo et S. Matris Theresiae a Jesu in fraternitatem nomine nostro erigat ad normam juris.

In quorum fidem dedimus praesentes litteras manu nostra subscriptas atque sigillo officii nostri munitas.

Datum Romae ex Aedibus nostris Generalitatis, die 15-XII-86.

Reg. N. 16/86.



Vicarius Generalis

Fr. Anthony Morelli, ocd
a secretis